Succ. Betæ recent. ℥vj.
M. ad. Vitr.

Vel ℞. *Butyr. recent. q. s. Coque in eo aliquid Majoranæ, florum Liliorum Convallium & Salviæ, & postea ex Butyro refrigerato fac pastillos Naribus immittendos.*

Vel ℞. *Butyr. recent.* ℥ij.
Ol. still. Majoran. ℈ß.
M. d. ad Pyx. inde Naribus.

CAPUT XL.

De Remediis masticatoriis & salivantibus.

§. 1.

M*asticatoria* propriè ea sunt, quæ Ori ingesta masticantur, & cum sputo iterum ejiciuntur. Eadem Remedia, si suâ acrimoniâ fibrillas tubulorum salivalium fortius pungant ac stimulent, *Salivantia* appellari solent, in quantum scilicet *Ptyalismum* vel *Salivæ copiosiorem excretionem* excitant. Apud alios quoque audiunt *Apophlegmatisantia*, eo quod phlegma exscreandum ubertim in os proliciant.

Masticatoria.

Salivantia

Apophlegmatisantia

§. 2. Indicantia talium Medicaminum sunt Salivæ præprimis defectus, vel illius etiam visciditas. Nonnunquam studiò majorem Salivæ proventum, ad deplendam Massam sanguineam, aut particulas saltem ejus heterogeneas & acres educendas prolicimus. Quid Saliva sit? Quomodoque è Massâ sanguineâ per glandulas Oris & Palati secernatur? Apud modernos Antomicos videre est, sufficit enim hic nobis indigitâsse, quòd ea demum Remedia *salivantia*

Indicantia salivantium.

vantia ſint, quæ vel glandulas Oris & Palati, earumque fibras leniter pungendo ac vellicando in motum cient, ſicque ampliatis earum poris uberiori ſalivalis lymphæ effluxui anſam præbent; vel quæ ipſam viſciditatem lymphæ ſuâ particularum tenuitate incidunt, attenuant, ſicque fluiditatem debitam eidem conciliant; vel quæ tandem ſerum ſanguineum ſpecificè ſolvunt, atque ita fundunt, ut propter acquiſitam certam configurationem copioſiſſimè per poros Glandularum ſalivalium transcoletur & effluat.

Materia Salivantium.

§. 3. *Materiam* Salivantium ſi conſideramus, varia illa eſt, varioque hinc modo ſalivæ proventum excitans: ita *Globuli è Cryſtallo* confecti & Linguâ frequenter in Ore volutati, ſalivales Glandulas ad excretionem blandè ſtimulando, ſalivamque educendo Sitim ſedant. Faciunt idem *Semina Coriandri rotunda*, ut & *Maſtiches grana*, *Thus*, aliæque *Reſinarum* ſpecies. Juxta hæc tamen alia adhuc dantur, quæ non ſimpliciter tantùm volutantur in ore, ſed etiam maſticantur, ita ut ſub hac actione particulas ſuas ſive ſalſas ſive ſalino-ſulphureas & aromaticas, ad vellicandas Glandulas ſalivales emittant: quemadmodum ſunt *Radices Calami arom. Cyperi, Pyrethri, Angelicæ, Imperatoriæ Carlinæ, Petaſitidis, Zedoariæ, Coſtiveri, Iridis florentinæ, Cortices Citri, Ligni Aloës, Winterani, Cinamomum, Caryophylli arom. Myrrha, Zingiber, Cubebæ, Cardamomum, Piper omne, Folia recentia Cochleariæ, Rorismarini, Thymi, Meliſſæ, Salviæ, Satureiæ, Piperitidis*, inprimis autem *Nicotianæ, Aniſi, Sinapi, Staphidis agriæ, Succus* vel *Terra Catechu* ſive *Japonica* &c. ex quibus variæ *Rotulæ* aut *Trochiſci* ſublinguales differentes in uſus concinnari poſſunt, v. gr.

℞. *Spec.*

℞. *Spec. diarrhod. Abbat.* ʒiß.
dianucist. ʒj.
Confect. Alkerm. incompl. ℈ij.
Mosch. oriental. gr. iij.
Ambr. gryf. Spirit. Rosar. sol. gr. ij.
Sacchar. opt. ℔ß.

Cum sufficiente quantitate Mucilaginis Gummi Tragacanthi, Aqu. Cinam. & Rosar. extractæ, F. l. a. Trochisci fragrantes sublinguales, qui subinde masticantur & lambuntur, partim ad Spiritus reficiendos, partim ad gratum odorem conciliandum.

Vel ℞. *Rad. Ireos florent.* ℈iiij.
Angelic. ʒj.
Contrajerv. Zedoar. ana ʒß.
Lign. Aloës ʒj.
Santal. citr.
Antimon. diaphaor. ana ℈ij.
Sacch. opt. ℥iiij.

Cum Mucilag. Gumm. Tragac. Aq. Ros. fact. F. l. a. Trochisci præservativi in Morbis contagiosis.

Vel ℞. *Rad. Irid. florent.* ʒij.
Angelic. ʒj.
Zedoar. ℈ij.
Cortic. Citr. rec. ʒj.
Antimonii diaphor.
Terræ sigillat. vel
Bol. Armen. ppt.
Caryophyll. arom. ana ʒiß.
Cinam. elect. ʒj.
Mosch. Spiritu Ros. sol. gr. vj.
Confect. Alkerm. compl. ʒiß.
Sacch. optim. ℔ß.

Cum Mucilag. Gumm. Tragacanth. F. l. a. Trochisci subinde lambendi.

Vel ℞. *Confect. Alkerm. compl.* ʒj.

Spec.

Spec. diamargar. frig.
Radic. Angelic.
Zedoar.
Cinam. opt.
Santal. citrin.
Bezoard. miner. ana ℈ij.
Ebor. ppt. ʒij.
Mastich. elect. ʒß.
Mosch. Spirit. Ros. solut. gr. iiij.
Sacch. alb. ℔ß.
Cum Mucilag. Gumm. Tragac. Aq. Rosar. & succ. Limon. fact. F. l. a. Trochisci sublinguales.

Vel ℞. *Confect. Alkerm. compl.* ℥j.
Pulv. Pannon. rubr.
Antimon. diaphor.
Spec. liberant. Gal. ana ʒij.
Sacch. alb. Aq. Ros. & Cinam. sol. ℥xvj.
M. F. l. a. Rotulæ.

Vel ℞. *Radic. Zedoar.*
Irid. flor. ana ʒiß.
Angelic. ʒj.
C. C. ph. ppt.
Terræ sigillat.
Ebor. ppt.
Antimonii diaphor. ana ℈ij.
Ol. dest. Caryoph. gtt. iiij.
Cinam. gtt. iij.
Sacch. alb. ℔j.
Cum Mucil. sem. Cydon. F. l. a. Trochisci.

§. 4. Omnium vero potentissimum Salivatorium, præter *Fumum Tabaci*, aut masticata etiam *Folia Nicotianæ*, est *Mercurius* sive *Argentum vivum*, de cujus elementis, operationibus, operandi modo, & ratione adhibendi, *Clariss.* Wedelius prolixè satis & accuratè in *Amœnitatibus Mat. Medicæ*

dicæ egit, ut hic ſtudiò iiſdem repetendis ſuperſedeamus, & unicè adhuc Capiti huic adjiciamus *Confectionis Succi Japonici* ſive *Catechu* deſcriptionem, quamplurimis hodie ſive ad ſalivam excitandam, ſive ad gratum odorem & guſtum conciliandum uſitatam.

℞. *Sacch. albiſſ.* ℥ij.
Succ. vel Terræ Catech. ℥j.
Moſch. oriental. ver.
Ambr. gryſ. Spirit. Roſ. ſol. ana gr. iij.
Mucilag. Gum. Tragac. Aqu.
Cinam. & Roſar. extract. q. ſ.
M. f. Confectio in Conulis inſtar muſcerdæ.
Dentur ad ſcat. Subindeque lambantur.

Sr. Japoniſcher Mauß-Dreck.

CAPUT XLI.

De Aphrodiſiacis Remediis.

§. 1.

Aphrodiſiaca remedia quid ſint?

A*Phrodiſiaca* Remedia apud Medicos audiunt ea, quæcunque Semen vel augent, vel acrius reddendo ad Venerem ſtimulant. Adeo ut Medicamina hæcce non conveniant, niſi illis, qui vel naturâ frigidiores exiſtunt, vel etiam à Morbo quodam impotentes fuerunt redditi, ita quidem, ut hinc vel omnem ad coëundum potentiam, vel ſaltem ejus majorem partem amiſerint. Hic verò Affectus apud Viros quidem appellatur *Impotentia*, apud Feminas autem *Frigiditas* aut *Torpor* nuncupari poteſt.

§. 2. Cùm autem *Impotentia* in Viris modò curabilis exiſtat, modò immedicabilis, prout apud *Eunuchos* ſive *Caſtratos*, vel eos etiam, quibus Genitalia